



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Cautela Confessarii Pro Foro Sacramentali Occasione
Decretorum S. M. Alex. VII. Innoc. XI. Et Alexandri VIII. ...**

Matthaeucci, Augustín

Francofurti Ad Moenum, 1711

§. XIV. Maleficium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40684

Regula dignoscendi, quando illud mirum referri debet ad auxilium Dæmonis, est, cum vel media, qua adhibetur ex se vim naturali non habent ad illud, vel præter consuetudinem Ecclesiæ applicantur. Unde ex suo genere est peccatum mortale.

§. XIV.

Maleficium.

91. **Q**uartus. *Quid sit maleficium?*
Resp. Est ars injustè nocendi alii ex pacto cum Damone. Si maleficium adhibetur ad excitandum amorem carnalem, vel odium inter personas, dicitur amatorium. Si ad nocendum in corpore per infirmitates, vel bonis externis per ventos, pluvias, &c. est beneficium, de quibus diximus cap. 4. num. 12.

Dices. Dæmon non potest voluntatem necessitare, nec cogere ad peccatum, ergo nec excitare hominem ad amorem venereum, vel odium.

Resp. Negando consequentiam. Non necessitando excitat, sed alliciendo, vel alterando phantasiam, formando species representantes rem amatam amabilorem, vel carnis appetitum inflammando. Utinam sèpè Dæmon nobis materialiam temptationum non proponeret. Quibus tamen non obstantibus, voluntas est libera ad consensum dandum, & potest maleficiatus, si velit, cum auxilio divinae gratiae de temptatione victoriam reportare, & illecebras sensus repellere.

92. **Q**uartus. *Petrus hoc Confessario aperit; Berta maleficio meo filio ad mortem.*

tem nocuit, jam est parata nocturnum tollere, sed non potest, nisi alio maleficio: peto, an possim sine mortali id ab ea petere, vel consentire, ut faciat: quid Confessarius dicturus?

Resp. Primò. Quod tenetur eam denunciare S. Tribunal. Secundò. Cum ea reducat ad praxim dicta cap. 4. nn. 17. Tertiò. Si per mensum post adeptam notitiam neglexit, absolvì non potest juxta edictum S. Offic. ibid. num. 10. Quartò. Quod non potest id sine laethali peccato petere: nam, ut ait Apostolus 3. non sunt facienda mala, ut eveniant bona: ad quod applicatur aliud ex cap. 1. digni sunt morte, &c. non solum, qui talia faciunt, sed, & qui consentiunt facientibus. Tum quia, sicut opus per se malum nemo unquam licet facit, ita nec ad illud ullus licet induci potest.

Dices. Licitum est ab usurario parato usuras petere mutuum in gravi necessitate, recipere, & postulare, maximè dum non est alius, à quo possit mutuum obtinere. ergo à pari

Resp. Negando consequentiam. Discri-
men est evidens: Nam usurarius inducitur ad id, quod sine peccato facere potest, si velit. Mutuum enim petere, & dare peccatum non est, & mutuans potest mutuum date simpliciter, nihil exigens ultra sortem, juxta dicta §. 5. nn. 43. Sed amotio maleficii per aliud maleficium est intrinsecè mala, & sine peccato tolli non potest, adeoque nec peti, ne communicetur in crimen.

Dices. Morietur puer, nisi tale adhibeat remedium.

Resp. Melius est, ut homo moriatur, quam, ut peccatum committatur, si fi-

(R) 2 ne

ne maleficio maleficium dissolvi non pos-
test. Juvetur ægrotas per preces, & Ec-
clesia exorcismos; & dum istis justo Dei
judicio non liberatur, commendetur
Deo, & relinquantur in manus ipsius.

§. XV.

Vana-observantia.

93. Quæritur. Quid sit vana-obs-
vantia.

Resp. Est, cùm ad aliquid obtinendum,
vel vitandum adhibentur aliquid, qua-
ad id nec à natura, nec à Deo vim ul-
lam habent; consequenter illis utens, ac
volens inde consequi effectum intentum,
ipso usu, & facto protestatur se Dæmo-
nem tacitè implorare, ut eis se ingrat,
auxilium prafer, cum non possit aliter
optatis frui.

94. At dubitatur, unde cognoscendum,
quod ea virtutem non habeant?

Resp. Quod à Deo non receperint, col-
ligitur ex regula generali, quod num-
quam tribuenda est virtus supernatura-
lis alicui rei, nisi id constet vel ex Sacra
Scriptura, vel traditione, & institutio-
ne Ecclesiæ, vel ex divina revelatione
Ecclesiæ f. Età; cuij fuit revealatum Sacra-
menta esse signa gratia. Quod, nec à na-
tura, colligendum est ex natura effectus;
& videndum, an naturaliter possint tal-
lem effectum causare; quod, si non pos-
sint, consequens est non adhiberi ad tal-
lem effectum, ut causas, sed solum, ut
signa ex vanitate humana introducta, ad
quorum positionem Dæmon tallem effec-
tum operatur, ut sibi homines obstrin-
get, & curiositatem expletat.

95. Quæritur. In quo differunt vana
observantia, & divinatio?

Resp. In hoc: per illam intendimus
principiæ aliquid obtinere, vel vitare,
aut nostras actiones dirigere in ordine ad
aliquid bonum consequendum, vel in-
lum vitandum. Per istam vero intendi-
mus solum acquirere cognitionem fu-
torum, & occultorum.

96. Quæritur. Quot sunt species va-
na-observantia?

Resp. Sequentes I. Ars notoria. II. Ob-
servantia sanitatum. III. Observantia
fututorum eventuum. IV. Observantia
dierum faustorum, & infaustorum. V.
Observantia sacrorum.

97. Quæritur. Quis censetur delin-
quere circaprimam observantia speciem?

Resp. Qui orationes aliquas, vel je-
nia, tamquam media certa, ut infallibil-
lia adhibet ad acquirendas scientias, si-
ne ullo labore, & studio, ad modum
scientiarum insuffarum. Quod quidem
fieri sine mortalini non potest. Solet Dæ-
mon pectos loqui, quos hac arte delin-
dit, ipsorum phantasiam alterans, &
linguam moveans ad quædam illis ino-
gnita, & arcana proferenda. Sed cùm
paetum vel retractatione, & penitenti-
aria dissolvitur, aut per orationes, & exor-
cismos Ecclesiæ tollitur, nec eorum, qui
dixerint recordantur.

98. Quæritur. Quando delinquunt
vires secundam speciem observantia?

Resp. Cùm ad sanitatem, vel sibi re-
cuprandam, vel alteri conferendam,
media inutilia, & superstitionis adhiben-
tur; ut, si recitentur certæ orationes,
quibusdam verbis, & non aliis concep-
to, si tot numero orationes adhibeantur.